



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

CIII. Gregorivs IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

anathematis mucrone succidat. Item in eadem paulo inferius. Quod tales Episcopos, vel Abbates, vel reliquos clericos non deuitamus, si eorum Missas audiimus, vel cum eis oramus, excommunicationem cum eis subimus, quos quidem sacerdotes esse saltem credere, omnino errare est.

C I.

A. DCCCXXIV.

EVGENIVS II.

EVGENIVS, natione Romanus, sedet annos 4. menses 7. dies 23. Huius diebus Romani iudices, qui in Francia tenebantur captiui, reuersi sunt.

C II.

A DCCCXXVII.

VALENTINVS.

VALENTINVS, natione Romanus, ex patre Leontio, sedet mensem unum, dies 10.

C III.

A DCCCXXVII.

GREGORIVS IV.

GREGORIVS, natione Romanus, ex patre Ioanne, sedet annos 16. Hic ordinavit Episcopos, presbyteros, diaconos per diuersa loca, numero 185. Hic ciuitatem Ostiæ, quæ vetustate diruta fuerat, à fundamento renouauit, ne Agareni in eo tempore circumvagantes Christianis ibidem morantibus nocere possent, & ipsam urbem Gregoriopolim nominari iussit.

C IIII.

A. DCCCXLIV.

SERGIVS II.

SERGIVS, natione Romanus, ex patre Sergio regionis quartæ, sedet annos 3. Hic absque iussione LO THAR II Imperatoris est ordinatus. Vnde, cum eius consecrationis rumor ad prædicti autres Imperatoris peruenit, indignatus de hac præsumptione filium suum LUDOVVICUM & Drogonem Metensem Episcopum cum magno exercitu Romam direxit. Qui post multa damna Romanis illata, ipsos Romanos Imperatori fidelitatem iurare fecerunt, & prædictum Sergium post multas contentiones in sede demum confirmauerunt: qui prædictum filium Imperatoris in regem Longobardorum vnxit. Huius pontificis fuit frater, Benedictus nomine, brutus & valde stolidus, qui propter pontificis imbecillitatem, Ecclesia-